

**Proklou tou Diadochou Paraphrasis eis tēn tou Ptolemaiou tetrabiblon [romanized]. Procli Diadochi Paraphrasis in Ptolemaei libros IV de siderum effectationibus a Leone Allatio è graeco in latinum conversa / [Ptolemy].**

### **Contributors**

Ptolemy, active 2nd century.  
Proclus, approximately 410-485.  
Allacci, Leone, 1586-1669.

### **Publication/Creation**

Lugd. Batavorum : Ex officina Elzeviriana, 1635.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/xd9py8y4>


### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>





Wittke 20126  
p. 54-59

5258/A

7829.

N. v

pto

H Wittke

1873

PROCLUS



No. 1047 in Garden

"Bibliotheca Astrologica"

Ex Officina Elzeviriana

clō lō c xxxv.



ΠΡΟΛ  
ΠΑΡ  
ΕΙΣ Τ

ΡΑ  
ΠΑ

ΙΣ

Λ



ΠΡΟΚΛΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΔΟΧΟΥ  
ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ  
Τετράβιβλον.

PROCLI DIADOCHI  
PARAPHRASIS

IN PTOLEMÆI LIBROS IV.  
De Siderum effectiōibus,

Λ  
LEONE ALLATIO  
è Græco in Latinum conversa.



LVGD. BATAVORVM,  
Ex Officinâ Elzeviriar  
c10 10 c xxxv.









## AD LECTOREM

### P R Æ F A T I O.



Earum esse partium duxi, Lector benevole, ut paucis de editione hujus opusculi instruereris. quod cum Græce tantum hæcenus exstiterit, nunc, Latio donatum sermone, omnium curiositati patet. Interpretatus est, ante annos haud ita multos, Procli hanc paraphrasin in Ptolemæi *περὶ ἀβιβλόν συντάξιν* Leo Allatius, natione Græcus, litteris suæ gentis Latinisque egregie imbutus, tum aliis insuper in utraque litteratura scriptis à se editis clarus. Vivit is, ut intellexi, Romæ in familia Cardinalis Biscia, & Bibliothecæ Vaticanæ aliquam quoque curam gerit. Sumpserat autem hunc laborem privatim sibi, & amicis quibusdam. verum, quod sæpe alias contigit, hujusmodi scripta ubi semel ex auctoris elapsa sunt manibus, pariter ex ejusdem potestate exiisse deprehenduntur. Hinc adeo evenit ut, relicta Roma, fœtus hic Venetias pervenerit, atque inde à viro summo, & in illustri posito dignitate, ad me excudendi gratia fuerit transmissus. Ptolemæi & Procli clarissima inter Mathematicos & Philosophos nomina, præter ipsam, de qua agit, materiam, satis hoc opus commendare mihi videbantur, quo typis mandaretur. Proinde non destiti Elzevrios nostros, optimos accuratissimosque Typographos, pro ea quæ mihi cum illis intercedit notitia, serio ad ejus editionem sollicitare. qui, ut publici litterarum boni amantes sunt, hac, quam vides, forma id excudi curarunt.



Disces hinc, curiose Lector, quantam vim in aëre rebusq; nascentibus sydera habeant. non enim stellas & luculenta illa cœli corpora otiosa esse existimare debemus. Neque tamen universa hic traditur astrorum scientia, sed altera tantummodo ejus pars, quæ Græcis ἀποτελεσματική & ἀεθρογνωστική dicitur. quæ quamdiu intra certos se continet terminos, tum jucunda, tum utilis est, ac Physices quædam pars censetur. Sin autem ea cœlo subjiciat, quæ inde non pendent, eaque ex astris prævidere nos velit, quæ in nostrorum ingeniorum non cadunt imbecillitatem, utique μαζιοτεχνίας merito incurrit reprehensionem. quemadmodum eruditè id pluribus libris magnus ille Picus Mirandulanus demonstravit. Hoc nomine Chaldæi, Genethliaci, & Planetarii per contemptum dicti, infames semper fuere. plus quippe se scire profitebantur, quam sciebant, aut scire homini datum est. Ptolemæus etiam in hoc opere, dum ad Genethliologiam se confert, minime vacat crimine superstitionis & vanitatis. sed homini ethnico ignosci fortassis queat: at Christi nomen professos ipsi hoc studio, in quo nulla solida utilitas, omnisque puerilis delectatio est, abreptos fuisse, minime ferendū. Obiter moneo, esse nonnullos qui dubitant, utrum Ptolemæi genuinum hoc scriptum sit. Porphyrio certe & Proclo, Philosophis quidem, sed religionis Christianæ hostibus, dignum visum cui lucem aliquam affunderent commentando. Tu, Amice Lector, excusso credulitatis errore, cum judicio hæc lege. Nervus enim sapientiæ, non temere credere. Vale.



# INDEX CAPITVM

## LIBRI I.

- α'. Προίμιον.  
 β'. Π Ο'π καὶ ἀληπὴ ἡ δὲ  
 ἀστρονομίας γνώσις,  
 καὶ μέγεθός τινος.  
 γ'. Ο'π ἐ ἀφ' ἐλίου.  
 δ'. Περὶ τῆς τ' πλανητῶν  
 ἀστέρων δυνάμεως.  
 ε'. Περὶ ἀνατολικῶν καὶ κατη-  
 ποικῶν.  
 ς'. Περὶ ἡμερικῶν καὶ νυκτικῶν.  
 ζ'. Περὶ ἡμερικῶν καὶ νυκτικῶν.  
 η'. Περὶ τ' δυνάμεως τ' ἡμε-  
 ρικῶν καὶ νυκτικῶν.  
 θ'. Περὶ τ' τῶν ἀπλανῶν ἀστέ-  
 ρων δυνάμεως.  
 ι'. Περὶ τ' βορροτέρων καὶ ζω-  
 διακῶν.  
 ια'. Περὶ τ' νοτιωτέρων καὶ ζω-  
 διακῶν.  
 ιβ'. Περὶ τ' ὁρῶν καὶ ἑτέρας.  
 ιγ'. Περὶ τ' τῶν τεσσάρων γω-  
 νιῶν δυνάμεως.  
 ιδ'. Περὶ τροπικῶν, καὶ ἰσημε-  
 ριῶν, καὶ στροφῶν καὶ διω-  
 τῶν ζωδίων.  
 ιε'. Περὶ ἡμερικῶν καὶ νυκτικῶν.  
 ις'. Περὶ τ' συνηματικῶν καὶ  
 δωδεκατημορίων.  
 ιζ'. Περὶ τ' ἀνατολικῶν καὶ  
 ἀκρόντων ζωδίων.  
 ιη'. Περὶ τ' βλέπόντων καὶ ἰσο-  
 δυνάμεων καὶ ἀλλήλοις.


1. Proemium.  
 2. Cognitionem aliquam  
 esse ex Astris, & quousq;  
 ea cognitio se extendat.  
 3. Astrologicam praeotio-  
 nem utilem esse.  
 4. De stellarum errantium  
 facultate.  
 5. De beneficis, & maleficis.  
 6. De masculinis & foemineis.  
 7. De diurnis, & nocturnis.  
 8. De facultate configura-  
 tionum ad Solem.  
 9. De viribus stellarū fixarū.  
 10. De Parte septentrionali  
 extra Zodiacum.  
 11. De australi parte extra  
 Zodiacum.  
 12. De quatuor anni tempo-  
 ribus.  
 13. De 4. angulorū virtute.  
 14. De signis Tropici, Aequi-  
 noctialibus, Fixis, &  
 Bicornis.  
 15. De masculinis & foemi-  
 neis signis.  
 16. De configuratione & mu-  
 tuis aspectibus signorū.  
 17. De signis imperantibus,  
 & obedientibus.  
 18. De intuentibus, & idem  
 valentibus signis.



# INDEX CAPITVM.

- |   |  |
|---|--|
| 19. De inconjunctis.  | ιθ'. Περὶ ἀσυνδέτων.   |
| 20. De domibus singularum stellarum.                          | κ'. Περὶ οἰκων ἐκάστου ἀστέ-<br>ρου.                             |
| 21. De Trigonis.  | κα'. Περὶ τριγώνων.  |
| 22. De Altitudinibus.   | κβ'. Περὶ ὑψωμάτων.  |
| 23. De Finium dispositione.                                   | κγ'. Περὶ ὁρίων διαθέσεως.                                       |
| 24. De finibus ad mentem Ptolemai.                            | κδ'. Περὶ ὁρίων, ὡς Πτολε-<br>μαῖος.                             |
| 25. De locis, & partibus uniuscuiusque.                       | κε'. Περὶ τόπων καὶ μερῶν ἐ-<br>κάστου.                          |
| 26. De sua cuiusque stella facie, carpentis, & similibus.     | κς'. Περὶ προσώπων, καὶ λαμπη-<br>νῶν, καὶ τοιούτων.             |
| 27. De applicationibus, & de fluxibus, aliisque facultatibus. | κη'. Περὶ συναφῶν καὶ ἀπέρροιων,<br>καὶ τῶν ἄλλων δυνά-<br>μεων. |

## LIBRI II.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Generalis considerationis divisio.                              | α'.  Γαίρεσις τῆς καθολικῆς ἐπισκέψεως. |
| 2. De proprietatibus quae per totum clima observantur.             | β'. Περὶ τῶν ἰδιωμάτων, ἀ-<br>καθ' ὅλον τὸ κλίμα γνω-<br>ρίζεται.   |
| 3. De convenientia regionum ad trigonos & stellas.                 | γ'. Περὶ τῶν χωρῶν πρὸς τὰ<br>τρίγωνα καὶ τὰς ἀστέρας<br>συνωικησέως.   |
| 4. Regionum dispositio, ut qualibet ad quodlibet signum referatur. | δ'. Ἐκθεσις τῶν χωρῶν, ὡς ἀφ'-<br>κάται ἐκάστη πρὸς ἑκάστον<br>ζώδιον.  |
| 5. Admonitio de particularium predictione.                         | ε'. Διάληψις εἰς τὰ καὶ μέρη<br>αεραπολεσματικὴ καὶ<br>ἐκλείψεων.   |
| 6. De consideratione regionum, ad quas effectus pertinebit.        | ς'. Περὶ τῆς ἐπισκέψεως τῶν χω-<br>ρῶν, καὶ ὑπὸ τῶν συμπλώμα-<br>των καὶ λαμβάνονται.                                       |
| 7. De tempore eventuum.  | ζ'. Περὶ τῶν χρόνων τῶν ἀπολεσμάτων.<br>Περὶ  |



# INDEX CAPITVM.

- |  |  |
|--|--|
| η'. Περὶ τῶν γένους τῶν παχόντων.                                    | 8. De genere eorum, qui af-                        |
| θ'. Περὶ τῆς ποιότητος αὐτῶν τῆς ἀποτελέσεως.                        | ficiuntur.   |
| ι'. Περὶ τῶν χρωμάτων τῶν ἐκλείψεων καὶ κρηνητῶν, καὶ τῶν τοιῶντων.  | 9. De qualitate effectus.                          |
| ια'. Περὶ τῆς νεομηνίας τῆς ἑτέρας.                                  | 10. De coloribus in eclipsi-                       |
| ιβ'. Περὶ τῆς μερικῆς φύσεως τῶν ζωδίων, οἷα ποιεῖ τὰ καὶ τὰ σήματα. | bis, cometis & aliis huiusmodi.                    |
| ιγ'. Περὶ τῆς μερικῆς ἐπισκέψεως τῶν καὶ τὰ σήματων.                 | 11. De anni Novilunio.                             |
| ιδ'. Περὶ τῆς σημεσίως τῆς μετεώρων.                                 | 12. De peculiari vi & natura signorum in constitu- |
|  | tionibus temporum.                                 |
|  | 13. De particulari constitu-                       |
|  | tionum consideratione.                             |
|  | 14. De significatione Meteo-                       |
|  | rorum.   |

## LIBRI III.

- |  |   |
|--|---|
| α'. <b>Π</b> ροοίμιον.   | 1. <b>Π</b> rooemium.   |
| β'. Περὶ ἀπορίας καὶ ἐκτεσ-<br>πῆς, ἥτοι ἀποτέξεως,<br>καθ' ἃν τὸ ζῶον ἐφ' ἑτέραν<br>ἐκτεσπεται ζῶον, ἐξελθὼν<br>τῆς μήτρας. | 2. De conceptu, & foetu e-<br>dito, siue partus exclusio-<br>ne, qua animal è vulva<br>exiens in aliam vitam<br>defertur. |
| γ'. Περὶ μείρας ὁροσκοπίσης.   | 3. De parte Horoscopi.  |
| δ'. Διαίρεσις ἡμεθελιαλογι-<br>κῆς.  | 4. Divisio doctrinae de na-<br>tivitatibus.   |
| ε'. Περὶ γονέων.   | 5. De Parentibus.   |
| ς'. Περὶ ἀδελφῶν.  | 6. De Fratribus.  |
| ζ'. Περὶ ἀρσενικῶν καὶ θηλυ-<br>κῶν.   | 7. De masculis, & foeminis.   |
| η'. Περὶ διδύμων.  | 8. De Geminis.  |
| θ'. Περὶ τεράτων.  | 9. De Monstris.   |
| ι'. Περὶ ἀτρεσφῶν.   | 10. De iis, qui nutriri non<br>possunt.   |
| ια'. Περὶ χρόνων ζωῆς.   | 11. De vite spatio.   |
| ιβ'. Περὶ τόπων ἀφελικῶν.  | 12. De locis prorogatoribus.  |
|  | 13. Quorū   |



# INDEX CAPITVM.

- |   |   |
|---|---|
| 13. Quot sint prorogatores,<br>& de parte fortuna.    | ιγ'. Πόσοι ἀφ' ἑταί, καὶ πῶς ἐκ κλήρου<br>τῆς τύχης.  |
| 14. Quot sint modi proroga-<br>tionis.                | ιδ'. Πόσοι τρόποι ἀφ' ἑταί.                           |
| 15. Exemplum.   | ιε'. Ὑποδείγματα.                                     |
| 16. De forma, & tempera-<br>mento corporis.           | ισ'. Περὶ μορφῆς καὶ κρᾶσεως<br>σωματικῆς.            |
| 17. De vitiis, sive lesionibus,<br>& morbis corporum. | ιζ'. Περὶ πίνης, ἥτοι βλάβης,<br>καὶ παθῶν σωματικῶν. |
| 18. De qualitatibus animæ.                            | ιη'. Περὶ ποιότητος ψυχῆς.                            |
| 19. De morbis animæ.                                  | ιθ'. Περὶ παθῶν ψυχικῶν.                              |

## LIBRI IV.

- |                                      |                                 |
|--------------------------------------|---------------------------------|
| 1. Proœmium.                         | α'. Προοίμιον.                  |
| 2. De facultatibus, & di-<br>vitiis. | β'. Περὶ τύχης καὶ κτη-<br>νῆς. |
| 3. De dignitatibus.                  | γ'. Περὶ τύχης ἀξιωματικῆς.     |
| 4. De qualitate actionum.            | δ'. Περὶ πράξεως ποιότητος.     |
| 5. De Coniugiis.                     | ε'. Περὶ σωμαρμυγῶν.            |
| 6. De Liberis.                       | ς'. Περὶ τέκνων.                |
| 7. De amicis, & inimicis.            | ζ'. Περὶ φίλων καὶ ἐχθρῶν.      |
| 8. De peregrinatione.                | η'. Περὶ ξενιτείας.             |
| 9. De genere mortis.                 | θ'. Περὶ θανάτου ποιότητος.     |
| 10. De temporum divisione.           | ι'. Περὶ χρόνων διαιρέσεως.     |

ΠΡΟ



I

ΠΡΟΚΛΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΔΟΧΟΥ  
ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ  
ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ  
ΤΕΤΡΑΒΙΒΛΟΝ.

PROCLI DIADOCHI  
PARAPHRASIS  
IN PTOLEMÆI LIBROS IV.  
De Siderum effectiōibus,

LIBER PRIMVS.

Κεφ. α'.

Προοίμιον.

**Ε**ΩΝ ὡρασιότα-  
ζόντων τὸ περὶ γνω-  
στὴν τέλην, τὸ ἀπὸ  
τῆς ἀστρονομίας, δύο ὑπαρ-  
χόντων, ὧς Σύρε, ἐνὸς μὲν, ὃ περ  
ἐστὶ πρῶτον ἐν τῇ τάξει, καὶ τῇ  
διωαμίᾳ, δι' ἧς καταλαμβάνο-  
νόμεθα τὰς χημαλισμὰς ὅ  
καὶ καὶ τῶν ἀστέρων, καθ' ὧς  
περὶ τὰ ἀλλήλους καὶ τῶν γλῶ-  
σσοχημαλίζοντων. δὲ τέρη ἧ  
ὄντων, καθ' ὃ τὰς μετέβολας  
ἐπισκεπτόμεθα τῶν περὶ εὐχο-  
μῶν, αἵ ποιεῖσιν οἱ συχημα-  
λισμοὶ ἀπὸ τῆς φυσικῆς αἰτίας

C A P. I.

PROOEMIUM.

**Q**UAM duo sint, Sy-  
re, quæ ad futu-  
rorum præfagi-  
tionem, eam sci-  
licet quam syderum scien-  
tia consequi possumus, ani-  
mum præparant, unum,  
primum ordine, & faculta-  
te, quo Solis, & Lunæ, &  
reliquorum astrorum aspe-  
ctus, quibus se mutuo, &  
terram spectantes, variè  
configurantur, deprehen-  
dimus: alterum, quo eo-  
rum, quæ illis ambiuntur,  
mutationes à figurationi-  
bus illis naturali quadam  
vi, atque proprietate pro-  
ductas

A



ductas consideramus. De primo quidem, quantū fieri potuit, & per vires licuit, in magna Constructione prolatis demōstrationibus disferuimus. Est quippe illud per se solum etiam à secundo sejunctum necessarium. Nunc vero de secundo non ita per se perfecto, neque absoluto, veritati studentes, & ut munus, officiumque Philosophiæ exposcit, sermonem instituemus; non ita tamen, ut ad certam aliquam normam, primique, nec unquam fallentis comprehensionem, & absolutam perfectionē rem conferamus, (imbecilla enim est, & conjecturæ arduæ, ac difficilis contentorum qualitas, quæ materiæ complicatur) & uti fieri potest plurimorum eventuum, ac universaliorum, quæ manifestā sui ab ambiente causam habent, considerationem negligamus. Cum vero plerique, quod comprehensu difficile est, incusent, duarum, quas supra memoravimus, perceptionum, qui primam vituperant, nā illi oculis plumbeis plane sunt; qui secundam justæ causæ

ιδιοτροπίας. πρὸς μὲν πρῶ-  
 τας, ὡς ἰὺ μάλιστα διωκτὸν,  
 ἐν τῇ σωταίξει ἀποδεικ-  
 νῶς εἰρηται. Ἐπεὶ γὰρ τὸ  
 καὶ χωρὶς τῆς ὑπὸ ζούσεως  
 ἔδωκεται ἀναγκασθόν, καὶ  
 καθ' ἑαυτὸ ἰδίως. Νυνὶ δὲ  
 πρὸς τὸ δώδεκα, καὶ μὴ  
 ὁμοίως τελείας καθ' ἑαυτὸ,  
 ποιησόμεθα τὸν λόγον, φιλα-  
 λήτως ὥς ἀρμόζει τῇ φι-  
 λосоφίᾳ, ὅτε πρὸς τὸ βέ-  
 βαιον καὶ πλὴν ἔκ πρώτης κα-  
 τὰ λήψιν, καὶ ἔχοντος αἰεὶ ὡ-  
 σῶτως, τὸ παραβάλλοντες  
 (ἀσθενὲς γὰρ ἐστὶ καὶ δυσεί-  
 κας ὅτι ἡ ὑλικὴ τῶν πει-  
 εχομένων ποιότης) ὅτε καθ'  
 ὅσον ἐνδέχεται, ὁκνῶντες  
 πρὸς τὸ ὑπὸ σκεψιν τὸ πλεί-  
 στων συμπλημάτων ἢ κατὰ  
 λικωτέρων, φανεράν ὅτως  
 ἐχόντων πλὴν ἐκ τῆς πειρέχον-  
 τος αἰτίας. Ἐπεὶ δὲ πᾶν  
 τὸ δυσκατὰ λήπτον αἱ πολλοὶ  
 διαβάλλουσιν, τέττων δὲ τῶν  
 δύο κατὰ λήψεων, οἱ μὲν πλὴν  
 πειρέχων ἀναβάλλοντες,  
 τυφλοὶ παντελῶς εἰσὶν. οἱ  
 δὲ πλὴν δώδεκα, ἔχουσιν ὡς  
 ἀφορ-



ἀφορμῶν. καὶ ὅπερ ἱνές  
 ὄν ἐδυηθήσαν καταλα-  
 βεῖν, τῷ καὶ πελείως ὑπε-  
 νόησαν ἀκατάληπτον. ἢ κ' ἂν  
 ἐγνώσαν τὴν ποικίλιν, ὄν  
 ἐφύλαξαν ἢ τῇ μνήμῃ, ἀλλ'  
 τὸ δυσφύλακτον, καὶ τῷ  
 ἀχρηστον ἐνόμισαν. Τῶν  
 ἔτι ὄντων, παρεφροσύνῃ  
 σκέψασθαι τὸ μέτρον ἐκά-  
 στου, τῷ τε διωκτῷ, καὶ ἔχρη-  
 σίμῃ τῇ ποιούτῃς περιγνώ-  
 σεως, πρὶν εἰπεῖν πρὸς τὸ  
 μέτρον διδασκαλίας.

## Κεφ. β'.

Ὅτι κατὰληπτὴ ἢ δι' ἀπρονο-  
 μίας γνώσις, καὶ μέτρον  
 πίνου.

Ὅτι μὲν ἐκ τῆς φύσεως  
 ἡ αἰθέρ καὶ δυνάμεις ἡς  
 ἀφ' ἧς δίδωται, καὶ ἀφ' ἧς αἰνῶν  
 εἰς πᾶσαν τὴν οὐρανόν, φα-  
 νερόν ἐστι πᾶσιν. τῶν μὲν πρῶ-  
 των ὑπὸ τῶν στοιχείων, λέγω  
 δὴ πυρὸς καὶ αἰέρος, πε-  
 ριχυμένων καὶ τεταταμένων  
 ὑπὸ τῶν κινήσεων ἡ αἰθέ-  
 ρος αὐτῶν ἢ πάλιν περιεχόν-  
 των τὰ λοιπὰ πάντα, καὶ τῇ

aliquid habent. Nonnulli  
 enim, quod ipsi assequi non  
 potuerunt, nullo modo  
 percipi posse aestimarunt.  
 Vel, quod licet ipsi sapius  
 apprehenderint, memoria  
 tamen, quia conservari dif-  
 ficile erat, non custodierint,  
 illud tamquam inutile re-  
 jecerunt. Hæc cum ita se  
 habeant, utriusque rationem,  
 quatenus scilicet possibilis  
 sit, & utilis talis præcogni-  
 tio, antequam ad particu-  
 laria præcepta orationem  
 convertam, pro modulo  
 meo examinabo.

## CAP. II.

*Cognitionem aliquam esse  
 ex Astris, & quousque ea  
 cognitio se extendat.*

**A**B ætherea illa natura  
 in universa, quæ cir-  
 ca terram sunt, vim quan-  
 dam ea intimè penetran-  
 tem diffundi omnibus ma-  
 nifestum est. Primum qui-  
 dē in contigua sibi elemen-  
 ta Lunæ subiecta, ignem, vi-  
 delicet, & aërem, quæ ab  
 æthere circumdantur, im-  
 mutanturque illius motibus.  
 Hæc rursus reliqua om-  
 nia complectuntur, sui que



mutatione variant, aquam, duntaxat & terram, & quicquid in illis plantarum, animaliumq; est. Sol enim ipse una cum cœlo omnia ambiente, semper, quæ circa terram sunt omnia, non solum temporum, ac horarum vicissitudines moderatur, dum foetus animalium perficit, plantarum fructus maturat, fluxus item aquarum, & corporum mutationes procurat; verum etiam quotidiano circuitu omnia lustrans variis sæpe sæpius caloris, humiditatis, siccitatis, & frigoris, mutationibus, uti magis, & minus culmini nostro insistit, diverseque figuratur, dies afficit. Luna uti terræ proxima multa in terrena influit, quæ cum illa afficiuntur, & animata simul, atque inanimata illius variationibus respondent. Flumina etenim illius lumine augentur, & minuuntur, æstus maris ejus ortu, atque occasu regitur, quinimo & plantæ, & animantia, vel tota, vel eorum partes Luna crescente implentur, decresciente evanescunt. Non dissimili ratione stellæ tum fixæ,

ἐαυτῶν τροπῇ συντρέποντων αὐτά. λέγω δὲ γένεσιν καὶ ὑδωρ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς φυτὰ καὶ ζῶα. Ὅτε γὰρ ὁ αἰὲς μὲν περιέχοντα, τὰ περὶ τὴν γλῶσσαν διοικεῖ πάντα, καὶ μόνον ἀλλὰ τὴν μεταβολὴν τῶν καιρῶν, γονὰς ἐκτελῶν ζώων, καὶ καρποφορίας φυτῶν, καὶ ῥύσας ὑδάτων, καὶ σωμάτων μετατροπὰς, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν καθ' ἐκάστην ἡμέραν διερχόμενος, ἄλλοτε ἄλλας ποιεῖ μεταβολὰς τῶν ἡμέρας, θερμῆς, ὑγρότης, ξηρότης, ψυχρότης, καὶ ἀνθρακίαν τὴν κορυφῇ ἡμῶν γινομένης αὐτῆς σχηματισέως. Καὶ ἡ δὲ, ὡς εἶσα τὴν γῆς ἐγγύς ἐστι, πολλὰ ἀλλὰ δίδωσι τὴν ἀπόρροϊαν, καὶ συμπάχυσιν αὐτῇ καὶ συντρέποντι καὶ ἐμφυχα καὶ ἀψυχα. καὶ ποταμοὶ μὲν συναύξονται καὶ συμμεῖναι πρὸς τὸ ἐκείνης φῶς. θαλάσσης δὲ ὁρμήματα συντρέπονται τῆς ἀνατολῆς αὐτῆς, καὶ τὴν δύσιν. καὶ φυτὰ δὲ καὶ ζῶα συμμεινῶνται αὐτῇ, καὶ συμπαχύνονται, ἢ ὅλα, ἢ μερικῶς. Ὅμοίως δὲ καὶ οἱ αἰθέρες, οἵτε ἀπλὰ-



αἱ πλαναίς ἐοῖσι πλανώμενοι,  
 περιόδοντες, πολλὰ ποί-  
 σιν ὅτι φαίνεσθαι καὶ τὸ περι-  
 ἔχον. καύματα γὰρ καὶ πνέ-  
 ματα, καὶ χιμῶνας ἀπεργά-  
 ζον. ὅφ' ὧν καὶ τὰ ὅτι τῆς  
 γῆς οἰκείως διοικεῖται. Καὶ οἱ  
 πρὸς ἀλλήλους ἢ τῶν συ-  
 χημαλισμοί, συκιρνωμένης  
 τῆς ἀφροσύνης αὐτῶν, ποικί-  
 λας ποίσοι μεταβολάς. ἀλλὰ  
 κατὰ κράτος μὲν ἡ ἥλιος δύ-  
 ναμις ὡς καθολικώτερη, οἱ  
 ἢ λοιποὶ συνεργῶσιν ἢ ἀπο-  
 συνεργῶσιν καὶ πᾶσι καὶ ἡ μὲν δι-  
 σπνεχέστερον καὶ φανερώτερον  
 ἔστι ποιεῖ, ἀλλὰ τε τῶν συνόδων  
 καὶ τῶν διχολόμων ἀκρίβειαν,  
 καὶ τῶν ἀνιστολήων. οἱ ἢ ἄλλοι  
 αἰσέρες, ἀλλὰ μακροτέρη καὶ  
 αἰφάνεστερον, ὅτι φαίνονται,  
 καὶ κρυπτόμενοι, καὶ περισ-  
 σφύοντες. Τῶν ἢ ἔτι εἰς ἔχον-  
 των, ἢ μόνον αὐτὰ τὰ συ-  
 κραθέντα ὑπὸ τῆς κινήσεως τῆς  
 αἰσέρων διοικεῖται, ἀλλὰ καὶ τῶν  
 σπερμάτων αἴτε βλαστήσας  
 καὶ αἱ τελειώσας, ἀλλὰ πλάτ-  
 τονται ἐν ἀφροσύνῃ καὶ τῇ ποιότητι, ὡς εἶχον ποτὲ τὸ  
 περιέχον. ἤδη οὖν οἱ ὡς ἀκριβέστεροι τῶν τε γεωργῶν

tum errantes, dum traji-  
 ciunt, multa circa nos im-  
 primunt. Nam æstuum &  
 ventorum, ac hyemis cau-  
 sæ sunt, quibus etiam ter-  
 rena, uti par est, gubernan-  
 tur. Mutui item earum a-  
 spectus, congressusque, dū  
 facultates proprias com-  
 miscent, varias mutatio-  
 nes inducunt. Verum vis  
 Solis, tamquam quæ uni-  
 versalior est, reliquis præ-  
 cellit. Aliarum aut aliquid  
 adjiciunt, aut detrahunt. &  
 Luna quidem, dum novis-  
 sima est, & dividua, & ple-  
 na, crebrius id, evidentius-  
 que producit. Reliqua si-  
 dera dum alias apparent,  
 alias occultantur, alias in  
 declinatione sunt, longio-  
 ra intervalla habent, &  
 obscuriores effectus. Hæc  
 cum ita sint, non solum  
 corpora, postquam coalue-  
 rint, motui subsunt stella-  
 rum, sed etiam semina, &  
 nata, & absoluta per qua-  
 litatem, qua ambiens respi-  
 ciebat, finguntur, & ef-  
 formantur. Jam vero in-  
 ter agricolas, & pastores



oculationes per ventorum  
 flatus, qui tempore messis,  
 coitusve animantium spi-  
 rarint, eventuum rationem  
 prælagiunt. Et, ut verbo  
 expediam, potiores, uni-  
 versalioresque effectus, &  
 quicquid Solis, & Lunæ, &  
 reliquarum stellarum ma-  
 gis notis figurationibus ac-  
 cidit, rerum naturalium  
 rudes, sola tantum obser-  
 vatione deprehendunt. So-  
 la enim observatione in-  
 doctissimos quosque, quæ-  
 cumque à sola potissima  
 Solis duntaxat virtute,  
 simplicioreque ordine pro-  
 creantur, & quæ nullam in  
 se propter stellarum, & So-  
 lis ad Lunam aspectus va-  
 rietatem admittunt, præ-  
 novisse conspiciamus. Imo  
 & brutorum animantium  
 nonnulla prædivinant, ut  
 videre est, in statis vicibus  
 anni, veris, æstatis, & alio-  
 rum; & præterea vento-  
 rum mutationem præsen-  
 tiunt. Horum enim ut plu-  
 rimum Sol causa est. quæ  
 vero non ita simplicia sunt,  
 sed aliorum mixtione non  
 nihil turbantur, qui obser-

ἔτως ἀπλῶς τε, ἀλλ' ἔχ' ὀλίγην ἵνα μίξιν, ταῦτα  
 οἱ ὡδ' α-

ἢ τ' νομέων, σχαζόμενοι  
 ἐκ τ' συμβαινόντων πνέ-  
 μάτων ἢ τ' αὐτῶν καὶ τ' ἀπο-  
 ρῆς, ἢ τ' σπασίας τ' ζώων,  
 περιγνώσκουσι τ' ποιότητά τ'  
 ἀποβησμελίων. καὶ ὅλως, τὰ  
 μὲν καθολικώτερα, καὶ ὅσα  
 γίνετ' ὡς τ' φανερωτέρων  
 συχνηματισμῶν Ὁ καὶ Δ, ἢ  
 τῶν ἀσέρων, ταῦτα περι-  
 γνώσκουσιν ἀπὸ μόνης τ' πα-  
 ρατηρήσεως, καὶ οἱ μὴ ἔντες  
 φυσικῶς. θεωρεῖμεν γὰρ ἢ τ' αὐ-  
 λίαν ἰδιώτας, ἐκ μόνης τ'  
 ὡδ' αὐτηρήσεως περιγνώσκον-  
 τας, ὅσα γίνεται ἐκ μόνης τ'  
 μείζοντος διωάμεως, οἷον Ἐ  
 Ὁ, καὶ τ' ἀπλῶς τὰς τάξεως  
 ὅσα ἔχοντα ποικιλίαν ἐκ τῶν  
 συχνηματισμῶν τῶν ἀσέρων  
 ἢ τ' Δ πρὸς τ' Ὁ. μάλλον  
 ἢ καὶ ἵνα τῶν ἀλόγων ζώων  
 περιγνώσκουσι, ὡς περ' ἔχ' ὅτι  
 τῶν μετεωρολογῶν τ' κατ'  
 ἔτος ὥρων, ἔαρ, θέρος,  
 ἢ τῶν ἀέλων, καὶ ἐπὶ ὅτι  
 τ' ἐναλλαγῆς τῶν ἀνέμων.  
 τῶν γὰρ ὡς ὅτι τὸ πολὺ ὁ  
 Ὁ αἰτιᾷ. ὅσα δὲ ὅσα ἔστιν  
 οἱ ὡδ' α-



οἱ ὠφρατηρεῖν ἐπιθύντες  
 πρὸς ἰνὸς οὐρανὸν ὡς οἱ ναῦ-  
 ται οὐδὲ συμβαίνοντες χι-  
 μῶνας, ἢ τὰς πνοὰς τῶν ἀνέ-  
 μων, ἀπερ γίνεται ὑπὸ τῶν  
 σχηματισμῶν τῶν D, ἢ ἢ ἀ-  
 πλανῶν ἀσέρων, ὅς περὶ τῶν  
 οὐρανῶν ποιῶν ἢ τὰς αὐτῶν πε-  
 ριόδους. ὅτι σφάλλονται ἢ ὁ-  
 μως πολλάκις, ὅτι ὑπὸ ἀπεί-  
 ριας ἢ διώκονται κατὰ νοεῖν  
 οὐδὲ χρόνος ἐστὶν τόπος, ὅτε  
 τὰς περιόδους τῶν απλανώμε-  
 νων ἀσέρων, ἀπερ πάντες ἀ-  
 κριβῶς γνωσκόμενα, συμ-  
 βάλλεται ἐς τὴν ἀσφαλῆ περὶ-  
 γνώσιν τῶν πηλμάτων. Τί  
 οὐκ κωλύει τὴν ἀκριβῶς γνώ-  
 σκοντα τὰς κινήσεις τῶν ἀσέ-  
 ρων, καὶ οὐδὲ D ἢ μήτε τὸ τό-  
 πον ἀγνοῦντα, μήτε τὸν χρόνον,  
 μήτε ἵνα τῶν σχηματισμῶν  
 ἐπὶ τῷ ὁπιστάμην ἢ τὰς φύ-  
 σεις αὐτῶν, καὶ μὴ τῶν ὁπέρ  
 εἰσιν, ἀλλὰ αἷς ἔχοντες ποιη-  
 καὶς διωάμεν, οἷον ὅτι θερ-  
 μὴ μὲν ἢ τῆς ἡλίου, ὑγρὰ ἢ τῆς  
 D, ὁμοίως δὲ καὶ ὁπὶ  
 τῶν λοιπῶν ἀσέρων, τὸν οὐκ  
 περὶ τῶντα ἱκανὸν ὑπάρχοντα, τί κωλύει φυσικῶς

vationibus usu continuo a-  
 nimum adverterunt, ani-  
 madvertunt, veluti nautæ  
 occurrentes tempestates,  
 & ventorum flatus, quæ à  
 Luna, vel fixarum stella-  
 rum suis circuitibus ad So-  
 lem tendentium figuratio-  
 nibus efficiuntur. Hos au-  
 tem sæpe falli contingit,  
 quod experientia destituti,  
 neque tempora, neque lo-  
 ca, neque planetarum cur-  
 sus, quæ omnia ad certam,  
 infallibilemque rerum præ-  
 videntiam, si exquisitè co-  
 gnoscantur, conducunt,  
 nota habeant. Quid autem  
 obstat cum, qui motus stel-  
 larum, & Solis, & Lunæ  
 noverit, neque locum ipsum,  
 neque tempus, neque fi-  
 gurationum aliquam igno-  
 rarit, quinimo & naturas  
 eorum, licet non id quod  
 sunt, sed quas efficiendi ha-  
 beant facultates, veluti So-  
 lis quidem calidam esse,  
 Lunæ vero humidam, &  
 sic de reliquis stellis, opti-  
 me calluerit; quid, in-  
 quam, obstat eum, qui ad  
 hæc idoneus, opportunus-  
 que est, naturali considera-



tionem, & aptè, quod ex horum omnium commixtione confurgit, discernere; adeo ut etiam possit circumfusi aëris quolibet tempore proprium statum, quod scilicet calidior, & humidior futurus sit, quod satis manifesta habitudine, vel stellarum, Lunæque ad Solis configurationem prævidit, dijudicare. Quemadmodum enim eorum, quæ commemoravimus, apprime gnarus fieri potest, ut de temporum qualitatibus, antequam veniant, judicium ferat, quid vetat ut similiter etiam de unoquoque homine prædivinare possit? Ex Cœli quippe constitutione, & tempore, quo quisque conflatur, generale uniuscujusque temperamentum facile est dijudicare, asserereque de eo qui fit, corpore talem futurum, animo talem, & secuturos eventus, sive proficuos, sive noxios, & inutiles, ex Cœli tali statu præcognitos: nempe quod talis Cœli status est, conveniens erit, &

περιέχον τοῖς τὸν ἔστι, σίμμετρον ἔστι, καὶ συμφέρον τῇ  
τοιαύτῃ

ἅμα καὶ δὲ τόχως τὸ ἐκ ποιότη-  
τη<sup>ς</sup> τῶν ἀπάντων συγ-  
κερνωμένων ἀποτελεσµέ-  
νον γινώσκειν ὥστε καὶ διωαδὺς περ-  
λέγειν ὅτι ἐν ἐκάστῳ καὶ ἁπλῶς  
περιέχοντος ἰδίαν κατὰ τὴν  
οἶον ὅτι θερμότερον ἢ ὑγρότε-  
ρον ἔστι. ὅπερ ἂν τὸ φαινο-  
µένης σχέσεως, ἥτοι τὸ συζη-  
µατισµὸς τῶν ἀσέρων καὶ τὸ  
περὶ τὸ περιέγειν. ὥστε  
ἡ διωατὸν ἐστὶ περὶ τὸ ἰδιορρο-  
πίας τῶν καὶ ἁπλῶν περὶ λέγειν ὅτι  
ἀκριβῶς γινώσκοντα ἂν εἴρη-  
ται, τί κωλύει διωαδὺς καὶ περὶ  
ἐκάστου τῶν ἀνθρώπων ὁμοίως  
περὶ λέγειν; καὶ γὰρ ἐκ τῆς κατὰ  
τάσεως τῆς περιέχοντος καὶ τῆς  
καὶ ἁπλῶν τῆς ἐκάστου συστάσεως,  
διωατὸν ἐστὶ σιμμετρίαν τῆς κα-  
τὰ ποιότητά τῆς σχέσεως  
ἐκάστου, καὶ εἰπεῖν περὶ τῆς γε-  
νομένης, ὅτι τὸ μὲν σῶμα  
ἔστι τοιοῦτος, πλὴν ἡ ψυχὴ  
τοιοῦτος καὶ τὰ κατὰ καὶ ἁπλῶς  
συμβαίνοντα συμφέροντα καὶ  
ἀσύμφορα ἐκ τῆς τῆς περι-  
έχοντος κατὰ τὰς σχέσεως περ-  
γνωσθέντα. οἶον ὅτι, ἐπεὶ τὸ



ποιαύτη συγκράσις. ἢ, ὅτι τὸ  
 τοῖστον φιλέχον, ἀσύμφο-  
 ρον ἢ κακωλὴν τῇ ποιαύτης  
 συγκράσεως. ἀλλ' ὅτι μὲν δυ-  
 νατὸν λαβεῖν πρὸς γνώσιν, δῆ-  
 λον ἐκ τῶτων, ἢ τῶ ὁμοίων.  
 ὅτι δὲ οἱ ἀφελῶντες ἐκ  
 πρὸς φάσεως μὲν τῶ ποῖ-  
 σιν, ἢ πρὸς πόνῳ ἢ, ἢ τῶ ὅτι  
 γνωσόμεθα. πρῶτον μὲν τὸ  
 πλάσμα τῶ μὴ ἀκρίβως ἐ-  
 χόντων τῇ μάθῃσιν, ἢ τε δὴ  
 μεγάλης ἢ πολυμερῆς ὑπο-  
 αρχέσης πολλὰ ὄντα, ποιεῖ ἢ  
 τὰ ἀληθὲς ὁμοίᾳ ἀπὸ τύχης  
 δοκεῖν γεγονέναι. τῶ ἢ ὅτι  
 ἐστὶν ἀδυναμία τῇ ὁπισθήμῃ,  
 ἀλλὰ τῶν ἀπορρέντων μετὰ  
 χερίζεσθαι αὐτῷ ἀκρίβως.  
 ἐπὶ ταῖς ἢ καὶ οἱ πλείστοι ὑπο-  
 βάλλουσιν ἐαυτοὺς τῷ ὀνόματι  
 τῇ ὁπισθήμῃ τῶ τῆς, ἀλλὰ τῷ  
 ἀξιοπιστίαν, ἔνεκα ἢ πορίζε-  
 σθαι τέχνῳ ἐτέρῳ, ἐξαπα-  
 τῶντες μὲν οὐτὶς ἰδιώτας, καὶ  
 δοκῶντες πρὸς λέγειν πολλὰ ἢ  
 τῇ μὴ ἐχόντων φύσιν πρὸς γ-  
 νώσκεσθαι. ἢ ἀλλὰ τῶ το παρ-  
 ἔχουσιν ἀφορμὴν τοῖς νενε-  
 χετέροις εἰς τὸ κατὰ γνῶσθαι

utilis hujuscemodi tempe-  
 ramento, vel, quod talis,  
 inutilis, talique tempera-  
 mento noxius. Rerum ita-  
 que præsagitionem fieri  
 posse his, & similibus evi-  
 dentissimum est. Verum  
 enimvero detractores va-  
 ria sibi comminisci, & ca-  
 lumniandi occasionem ar-  
 ripere, etsi immerito, hac  
 ratione exponemus. Pri-  
 mum quidem eorum erro-  
 res, qui disciplinam hanc  
 magnæ, & multiplicis con-  
 siderationis, parum accura-  
 te possident, in causa sunt,  
 ut vere etiam prædicta, for-  
 tuito dicta esse videantur.  
 Hoc vero neutiquam scien-  
 tiæ imbecillitati adscriben-  
 dum est; sed eorum igno-  
 rantia, qui in ea pertra-  
 ctanda ob pusillas vires pa-  
 rum idonei sunt. Præterea  
 quamplurimi propter il-  
 lius dignitatē, hujus scien-  
 tiæ nomen sibi vindicant,  
 ut artem aliam venditent,  
 & sic ignorantes, ac sim-  
 plices fallunt, videnturque  
 multa prædicere, quæ præ-  
 cognosci neutiquam apta  
 nata sunt: ideoque sagacio-  
 ribus ansam dant, ad ea  
 etiam, quæ natura sua præ-



ditioni subsunt, reprehendenda. Sed hoc quoque injuria. Neque enim, quandoquidem nonnulli pravis moribus Philosophiæ nomen falsò sibi assumunt, ideo de medio tollenda Philosophia est. Manifestum nihilominus est, etiam illum qui recte, & ut par est, scientiam affectus est, sæpe sapius, & propter rei naturam, & imbecillitatem ingenii, magnitudine rei, quam proficetur, obrutum vacillare. Speculatio enim, quæ circa materiæ qualitatem versatur conjecturis potius, quam certa scientia constat, præsertimque cum ex multis, sui que dissimilibus mixtio fiat. Sed & antiquæ illæ planetarum configurationes, quibus, ab illis in judicio ferendo observata adaptantur, hodiernis configurationibus magis, vel minus similes per longa intervalla occurrunt, prorsus autem convenientes, & indiscriminatim eadem perinde ut nihil interfit, nequaquam. Omnium namque cœlestium, & terrestrium in idem restitutio,

καὶ τῶν διωαμνύων περιέγε-  
ται· ἀλλ' ἐδὲ τὸ πρῶτον πρῶτον  
τως· ἐδὲ γὰρ, ἐπὶ δὴ τινὲς τῶν  
περὶ τοὺς ἀστέρας φιλοσοφεῖν  
τυγχάνουσιν· ἀλλὰ τὸ πρῶτον  
δεῖ ἀναιρεῖν τὴν φιλοσοφίαν.  
ὡς ἐνδέχεται· μάλιστα τὸ ὅτι  
σήμεν ἐχὼν ἀκρίβειαν, ὅμως  
πολλὰ κίς πλείους ἀλλὰ τὴν φύσιν  
τῆς πράξεως· ὅτι τὸ ἀστέ-  
ρην τὴν πρὸς τὸ μέγεθος τῆς  
ἐπαγγελίας. ἡ γὰρ θεωρία ἡ  
ὡς τὴν ποιότητά τῆς ὕλης, πᾶ-  
σα σοφιστική ἐστιν, ἀλλ' ἐχὼν  
ἀλλὰ βιβλική. ἡ μάλιστα,  
ὅτι ἐξ ἀνομοίων πολλῶν ἡ σύ-  
κρεσις γίνεται. ἀλλὰ καὶ οἱ  
ἀρχαῖοι συγχηματισμοὶ τῶν  
πλανωμένων, ἐξ ὧν ἐφαρμό-  
ζεται τὰ ἐπ' ἐκείνων ἀστέ-  
ρην μὲν ἀστέρα ποτελεσμά-  
τικὴ πρὸς τὸν νῦν ὡς πῶτος  
συγχηματισμός, παρόμοιοι  
μὲν γίνονται· πλείον ἢ ἑλάττω,  
ἢ τὸ πρῶτον ἀλλὰ μακρῶν πλεί-  
ων· ἀπερχόμενοι ἢ παν-  
τελῶς, ἐδαμῶς. ἡ γὰρ πάν-  
των ἐν τῷ ἔργῳ μὲν τῆς  
γῆς συναποκαταστασις, ἡ δὲ  
ὅλως



ὅλως καὶ τὸ ἀκρίβες ἀποκα-  
 θίσταται, ἢ ἔτι καὶ χρόνον αἰ-  
 σθητὸν ἀνθρώπῳ· εἰ μὴ πρὸς  
 ἄρα καινοδοξεῖ πρὸς τὴν κα-  
 τὰληψιν καὶ τὴν γνώσιν τῶν ἀκα-  
 ταλήπτων ὄντων ἐν ἀνομοίων  
 τῶν ἐποκλειμμένων πρὸς ἀδ-  
 γμάτων, συμβαίνει δὲ ταῦτο  
 πρὸς περὶ ῥήσεως ἐνίοτε ἀφα-  
 μαρτάνειν. ἢ μὲν οὖν ὁπίσκει-  
 ψις τῶν συμπτωμάτων τῶν ἐκ τῆς  
 πρὸς ἐκείνου γινομένων, τῶν  
 μόνων ἐχόντων τὴν δυσκολίαν.  
 ἄλλη γὰρ ἐδεμία αἰτία συμ-  
 παραλαμβάνεται, πλὴν τῆς  
 τῶν ἐξωτερικῶν κινήσεως. αἱ δὲ  
 γενεθλιαλογικαὶ ὁπίσκειψες,  
 ὅλως ἢ πρὸς τὴν ἰδίαν ἐκάστην  
 συγκρίσεως, ἢ μικρὰ, ἢ δὲ  
 τυχόντα συνάπτα ἐχόντων  
 πρὸς τὴν ἰδιοπροσώπῃν τῶν γινο-  
 μένων. καὶ γὰρ ἢ τε τῶν σπέρμα-  
 τῶν ἀφ' ὧν πλείστον δύ-  
 ναται πρὸς πᾶσι τῶν γένεσιν συμ-  
 βάλλεσθαι ἰδιότητά. ἐπεὶ δὲ  
 πρὸς ἐκείνῃ ἐποκλειμμένων ἢ  
 αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἐστὶν αὐτῶν  
 ἐπ' αὐτῶν, ἐκαστὸν τῶν  
 σπερμάτων κατὰ κράτος πρὸς  
 ἀφ' ὧν φασὶν ἢ οἰκεία γένεσιν· καὶ ἢ μὲν ἀνθρωπεία,

vel numquam adamussim  
 accidet, aut certe non iis  
 spatiis, quæ comprehende-  
 re homines possunt; nisi  
 cui lubeat inani ostenta-  
 tione jactare earum rerum  
 perceptionem, quæ como-  
 prehendi nō possunt. Cum  
 itaque exempla proposita  
 non convenient, in causa  
 sunt, cur prædictiones et-  
 iam aliquando à vero abes-  
 sent. Consideratio igitur  
 eventuum à cælo produ-  
 ctorum hanc tantum præ se  
 fert difficultatem. Nulla  
 etenim alia causa assigna-  
 tur, quam cælestium mo-  
 tus. Genethliologice vero  
 considerationes, & omnino  
 quæ de proprio uniuscu-  
 jusque temperamento est,  
 neque leves, neque vulga-  
 res causas habent in gene-  
 ratorum proprias qualita-  
 tes. Seminis namque diver-  
 sitas mirum quantum mo-  
 menti habeat, conferatque  
 ad generis proprietatem.  
 Quum licet idem ambiens  
 sit, idemque Horizon, sin-  
 gula semina in proprii ge-  
 neris efformationem præ-  
 valent, adeo ut ex humano  
 homo,



homo, ex equino equus, & aliis, aliud similiter procreetur. Præterea locorum diversitas, in quibus nasci contingit, non exigua discrimina nascentibus affert. licet enim eadem semina humanum scilicet, vel equinum, eademque Cœli constitutio sit, regionum diversitas, in quibus gignuntur, eorum corpora, & animos diversos facit. Denique & educationes, & mores diversi diversam etiam faciunt uniuscujusque vitæ rationem. Singula itaque hæc, nisi quis cum causis, quæ à Cœlo sunt conjunxerit, sæpe errabit. Nam etsi circumfusi Cœli maxima vis est, & cum eo cætera omnia, veluti causæ una concurrant, ipsa vero nunquam Cœlum tamquam causam sibi adsciscunt, nihilominus qui à solo tantum cœlestium motu prædictiones moliantur, si & hæc eadem una assumant, valde à scopo aberrabunt. Hæc cum ita sint operæ præteritum erit neutiquam,

νόσκειν, εἰ μὴ καὶ ταῦτα συμπαρελάβωσιν, πολλὴ ἔστι ἡ ἀπορία. Τῶν ὅτως ἐχόντων, πέπον ἐστὶ, μήτε ἐπεὶ δὴ

ἄνθρωπος, ὃ ἡ ἰππεύς, γίνεται ἰππος, καὶ τὰ ἄλλων ὁμοίως. ἀλλὰ καὶ οἱ τόποι τῆς ἐκάστης γένεσεως, καὶ μικροὶς διώκοντες ἀφ' ἑαυτῶν ποιεῖν τὸ γινόμενον. καὶ γὰρ τῶν αὐτῶν σπερμάτων ὄντων, οἷον ἀνθρωπείων ἢ ἰππεύων, καὶ τῆς κατὰ φύσιν ὁμοειδέχοντος αὐτῆς, τὸ ἀφ' ὧν τὸ τόπον, ἐν οἷς γίνονται, ποιεῖ καὶ τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀφ' ὧν. Ἐπὶ ἡ καὶ αἱ θεοφαί καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀφ' ὧν, ἀφ' ὧν ποιεῖ καὶ τὴν ἀγωγὴν ὁ βίος ἐκάστης. Τῶν οὖν ἐκαστὸν τῶν ἀφ' ὧν εἰ μὴ περὶ συμπεριλάβωσιν τοῖς αἰτίοις τοῖς ἐκ τῆς ὁμοειδέχοντος, πολλὴ ἔστι ἀπορία. εἰ γὰρ ἐκ τῆς ὁμοειδέχοντος πλείω ἔχει διώκον, καὶ τῶν πάντων τὰ ἄλλα διέσκειται ὡς συναιπία, αὐτὰ ὅτι ἐδαμῶς τὸ ὁμοειδέχον παραλαμβάνει συναιπία. ὁμοίως τοῖς ἀπὸ μόνης τῆς κινήσεως τῶν ἐργαίων ὁπιοῦσι περιγινώσκειν, εἰ μὴ καὶ ταῦτα συμπαρελάβωσιν, πολλὴ ἔστι ἡ ἀπορία. Τῶν ὅτως ἐχόντων, πέπον ἐστὶ, μήτε ἐπεὶ δὴ



ἐπεδὴ ἐνδέχεται ποτε τῷ  
 τοιαύτην πρὸγνωσιν πλῆναι,  
 Ἀλλὰ τὸ καὶ καθ' ὅλα τ' ἐπρὸ-  
 γνωσιν ἀναιρεῖν· μήτε πάλιν  
 ἐπιζητεῖν τὸ καὶ τ' ἐπρὸγνω-  
 σεως πᾶντα ἔσθως, ὡς μὴ ἀν-  
 θρωπίνως, μηδὲ μὲν σοχα-  
 σμῶς πνός· ἀλλ' ὥσπερ τ' κυ-  
 βερνητικῶς διότι πολλάκις  
 πλῆναι, ὅτε ἀποβαλλόμεθα,  
 ἔσθως καὶ ταύτῃ δὲ μὴ ἀπο-  
 βάλλειν Ἀλλὰ τὰ πολλάκις  
 συμβαίνοντα παίσιματα.  
 ἀλλ' ὡς ἐπὶ μεγάλας τῆς  
 ἐπαγγελίας καὶ θείας ὑπε-  
 αρχίας, ἀποδέχεται αὐ-  
 τῷ ἐ ἀγαπᾶν καὶ τ' διυναπὲν  
 ἐπρὸγνωσκῶσι τρόπον. καὶ  
 ὥσπερ τοῖς ἰατροῖς ὅτ' αὐ-  
 τῷ ἐπιζητῶσι πῶς καὶ πῶς τ' νό-  
 σος ἐ πῶς τῆς νοσῆντος ἰδίας  
 ἔξεως, καὶ μεμφομένη· ἔσθως  
 καὶ ἐνταῦθα, ὅτ' αὐτὸν συμπε-  
 ριλαμβάνομεν γῆν καὶ τὰς  
 θεοφᾶς καὶ τὰς χώρας μὲν τῆς  
 ἐθνικῆς κινήσεως, καὶ δὲ ἀγα-  
 νακτεῖν. ἀποπον γὰρ ἔδεν καὶ  
 οὐκ ἰατρὸς, οἱ καὶ μόνον πῶς  
 τ' νόσος, ἀλλὰ καὶ τῆς ἰδιο-  
 κρησίας τῆς νοσῆντος· ἐπὶ σκέπτονται· ἔτω καὶ ἡμᾶς μὲν

licet fieri possit, ut aliquan-  
 do similis prænatio falla-  
 tur, propterea prædictio-  
 num totam rationem de  
 medio tollere, neque rur-  
 sum à prædictionibus om-  
 nia exquirere, quasi qui  
 prælagit homo non sit, ne-  
 que conjecturis nitatur.  
 Sed quemadmodum gu-  
 bernandi artem, licet sæpe  
 offendat, non rejicimus, sic  
 neque hæc, ob varios, mul-  
 tiplicesq; errores respuen-  
 da est. Sed veluti magnifi-  
 ca, & grandia promittens,  
 & res divina grato animo  
 excipienda, fovendaque,  
 ut ut potest prædivinans,  
 atque exosculanda. Et vel-  
 uti medici, cum & de mor-  
 bo, & de ægrotantis natu-  
 ra percunctantur, illis non  
 vertimus vitio, ita & hic  
 cum genus & educatio-  
 nem, regionemq; una cum  
 cælesti motu conjungi-  
 mus, ægre ferendum non  
 est. Nihil enim præter ra-  
 tionem medici faciunt, qui  
 non solum de morbo, sed  
 de ægri etiam proprio tem-  
 peramento philosophan-  
 tur. Ita & nos, dum præter  
 motum



motum cœlestem in iis præcipue, quæ ab eo integre haberi non possunt, aliunde etiam, quæ conducunt, assumimus, illisque conquisitis opus perficimus, nihil præter rationem facimus.

## C A P. III.

*Astrologicam prænotionem utilem esse.*

**P**RÆnotio igitur, quam siderum observatione assequi possumus, quam ratione fieri possit, eamque tantummodo ad Cœli accidentia pertingere, eorum etiam quæ hominibus ambientis influxu contingere solent, (ea vero sunt proprietates quæ statim à principio animæ, corporisque facultatibus inferuntur, certisque temporum momentis advenientes affectus, horumque effectuum diuturniora, vel breviora spacia, adhuc etiam quæcunque externis adminiculis naturaliter, ac proprie complicantur, qualia sunt cum corpore res familiaris, & nuptiales convictus, cum animo fœtus, & dignitates, & cum fortuna,

τῆς ἐσχάτης κινήσεως, ἐν οἷς οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῇ τὸ πᾶν ἀλαβεῖν, καὶ τὰ ἐτέρωθεν σπερματίζοντα συμπειλαβεῖν καὶ σπερματίζοντα.

Κεφ. γ'.

Ὅτι καὶ ἀφ' ἐλπίδος.

**Τ**ὸ μὲν δι' ἀστρονομίας περὶ γνωστὴν πινὰ τρέπον ἐστὶ δυνατὸν· καὶ ὅτι ἕως τῶν συμπλημάτων τῶν περὶ ἐχόντος μόνον φθάνει, & ὅσα συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τῶν αἰτίων τῶν περὶ ἐχόντων. ταῦτα δὲ εἰσιν αἱ πρὸς τὰς ψυχικὰς καὶ τὰς σωματικὰς δυνάμεις ἐξ ἀρχῆς ὁπτιζόμεναι, καὶ πρὸς τὰ καὶ καιρὸς συμβαίνοντα πάθη, καὶ πρὸς ὀλιγοχρονιότητα τῶν παθῶν ἢ πολυχρονιότητα. ἐπὶ τῇ καὶ ὅσα ἐκ τῶν ἐξωθεν τῶν συμπλοκῶν ἔχουσιν κυρίως, καὶ φυσικῶς· οἷον πρὸς τὸ σῶμα μὲν τὰ περὶ κτήματα, καὶ αἱ συμβιώσεις αἱ γαμικαὶ πρὸς τὴν ψυχὴν αἱ γοναί, καὶ τὰ ἀξιώματα. & πρὸς τὰς τύχας,



χας, ὅσα καὶ καιρὸς ἀπαντῶ-  
 σιν· τῶν οὖν ὅτι διωατὴ  
 ἐστὶν ἡ πρόγνωσις, γέγονεν  
 φανερόν. Ἔτι ὅτι ὑπόλοιπον  
 καὶ περὶ τῶν χρησίμων εἰπεῖν τῇ  
 τοιαύτης προγνώσεως. Πρό-  
 τερον ὅτι εἰπωμεν, πῶς τὸ πρῶτον,  
 καὶ πρὸς ὁποῖον τέλος τῶν χρη-  
 σίμων τὸ δυνάμει λαμβάνο-  
 μεν. ἂν τε γὰρ πρὸς τὰ ἀγαθὰ  
 τῆς ψυχῆς τὸ χρησίμον ἐχῇ ἡ  
 πρόγνωσις, πῶς τὰς συμφε-  
 ρώτερον ἢ πρὸς τὸ χαίρειν, ἢ  
 πρὸς τὸ δὲ πλεονεξῆν, καὶ πρὸς  
 τὸ δόξασθαι ἢ τοιαύτη προ-  
 γνώσις, δι' ἧς τὰ τε θεῖα καὶ  
 τὰ ἀνθρώπινα κατανοῶμεν;  
 ἂν τε πρὸς τὰ τῶν σώματι  
 χρησιμὰ, καὶ ἕτως πρὸς τὰ  
 ἄλλα, ὅσα ἐστὶν καὶ τὸ βίον ὀπι-  
 τήδεια συγκεκρυμένον τὸ  
 χρησίμον, πλεον πάντων καὶ  
 συμφερώτερον ἐς τὸ βίον ἐστὶ,  
 καὶ ὀπιτήδεια. εἰ ὅτι πρὸς  
 πλεον ἔστω ἐργεῖ, ἢ δόξαν  
 ἢ τοιαύτη πρόγνωσις, ἀλλὰ  
 τὸ καταφρονήσας, τὸ  
 καὶ κατὰ πάσης ἀλλης μαθήσεως  
 προχωρήσας. ἔδὲ γὰρ τὰ ἄλλα  
 μαθήματα, ὅσον ἐφ' ἑαυτὰ,

quæcunq; inter videndum  
 pro tempore occurrunt,)   
 horum itaque præfagiti-  
 onem esse posse jam satis o-  
 stendimus. Reliquum au-  
 tem est, ut de hujusmodi  
 prænotionis utilitate disse-  
 ramus. Sed ante omnia qua-  
 nam ratione, & ad quem  
 scopum utilitatis vim acci-  
 pimus, dicamus. five enim  
 ad animi bona prævisionis  
 hujus utilitatem referamus,  
 quid ea vel ad gaudium,  
 vel ad felicitatem, vel ad  
 delectationem, atque sua-  
 vitatem in præcognoscen-  
 do, quæ divina, & humana  
 intelligimus conducibilius  
 esse potest? five ad corpo-  
 ris bona, nec non ad alia  
 quæ vitæ humanæ com-  
 modo, ac emolumento sunt,  
 utilitatem ejus compare-  
 mus, nulla potior, com-  
 modiorque utilitas huma-  
 no generi afferri potest. Si  
 vero quia ad construendas,  
 & conservandas pecunias  
 & honores consequendos  
 prænotio hæc non condu-  
 cit, ideo vilipendenda est;  
 hoc item, & in aliis philo-  
 sophiæ partibus locum ha-  
 bebbit: Ex quippe, quan-  
 tum in illis est, neque ad  
 opes,



opes, neque ad gloriam conferunt. Sed neque illæ præterea tanquam inutiles rejiciuntur, neque conveniens est prænotionem hanc, quæ ad majora utiliter, apteque viam aperit, condemnare. Et omnino qui prænotionem accusant, illiusque nullum esse usum asserunt, nulla gravi causa, necessariaque moventur, sed cum existimant res illas, quæ certe, & constanter, & inevitabili modo eveniant, prævidere, supervacuum esse, propterea veluti inutilem damnant. sed hoc inconsiderate, & pueriliter, nec uti decet, comprehendunt. Nam primum illud intelligendum est, ea etiam quæ necessario, & omnino accidunt, sive timore incessant, sive gaudium afferant, si inexpectata advenerint metu homines consternare, vel inopina lætitia, animo expectorare, si vero præsentiantur, animus prævisione illa assuefactus, & continua absentium, veluti præsentium exercitatione præpa-

απόντων ὥσπερ παρόντων. καὶ ὅτ' αὖ καὶ λαμβάνει, ποιεῖ αὐτὴν

πρὸς πλεόντων ἢ δόξαν συμ-  
βάλλει· ἀλλ' ἔτε ἐκείνα Διὰ  
τῶτο ὡς ἀχρηστὰ νομίζεται,  
ἔτε ταύτης ὀξίον καὶ ἀγινώ-  
σκον τὸ πρὸς γνώσεως ἐχέσης  
τὸ συμφέρον καὶ ὀπιτήδειον  
πρὸς τὰ μείζονα. Ὅλως ἡ  
οἱ μεμφομένοι τὸ πρὸς γνώσιν,  
καὶ νομίζοντες ἀχρηστον, &  
βλέπετε πρὸς ἀναγκαῖόν τι,  
ἀλλὰ λογιζόμενοι, ὅτι τὰ  
πράγματα ἐκείνα, ἀπάντως  
ἀποβήσεται, ταῦτα τὸ πρὸς  
γινώσκον πειρασόν ἐστι, Διὰ  
τῶτο ὡς ἀχρηστον μέμφον·  
τῶτο ἡ ἀπλῶς ἢ ἀπαιδού-  
τως, ἀλλ' & καλῶς ὑπολαμ-  
βάνεσι. πρῶτον μὲν γὰρ ἐκεί-  
νο δεῖ σκοπεῖν, ὅτι ἢ αὐτὰ ἀ-  
ἐξ ἀνάγκης πάντως ἀποβαί-  
ναι, κ' αὖτε φόβος ἐχέη, κ' αὖ  
τε χαροποιὰ ἢ, ἐὰν ἀπρόσδο-  
κήτως ἐλθῇ, Διὰ μὲν οὖν  
φόβος καὶ ἀπλήτη, Διὰ δὲ  
τὸ ἐξαίφνης χαρὰν ἐξω ἐαυ-  
τῶν γίνεσθαι ποιεῖ. ἐὰν ἡ πρὸς  
γνώσιν, ἐδίξῃ μὲν τὴν ψυ-  
χὴν Διὰ τὸ πρὸς γνώσεως, &  
κανονίζῃ Διὰ τὸ μελέτης τὸ



αὐτὴν μετ' εἰρήνης ἐκατα-  
 ράσεως ἀποδέχεσθαι αὐτά.  
 Ἀλλ' ὥς τε ἡ εὐδὲ δεῖ νομίζεν  
 συμβαίνεν πάντα τοῖς ἀνθρώ-  
 ποις ἕτως, ὥσπερ νενομοθε-  
 τήμενος ἐνὸς ἐκάστω πλάσμα-  
 τος ὑπὸ τινος θεοῦ προ-  
 ἰαγμαίου, ἐαλύτῃ δ' ἄνω-  
 θεν αἰτίας, ἢ ἀποφαίνεν ἐξ  
 ἀνάγκης πάντα, μηδεμίας  
 τινὸς ἄλλης αἰτίας ἐναντι-  
 ὄται δυναμείας. εὐδὲ ἕτω νο-  
 μίζεν. ἀλλὰ τὸ μὴ ἐργαζέμε-  
 νον κίνησιν ἀμεταβλητον ἐξ  
 αἰῶνος εἰδέναι χρὴ, καὶ γινέ-  
 σθαι θεῖαν ἢ τάξιν ἀποτελε-  
 σμένην. ἢ ἡ ἀλλοίωσις τῶν ὁπι-  
 γείων, καὶ γινέσθαι ἐκ τῆς φύ-  
 σικῆς διοικητικῆς ἢ μετα-  
 τρεπομένης, ἢ ἐκ αὐτῆς ἄνω-  
 θεν ἢ αἰτία ἐπακολουθεῖ καὶ  
 συμβεβηκός. καὶ τὸ ἡ γι-  
 νώσκειν, ὥς τὰ μὴ συμ-  
 βαίνει τοῖς ἀνθρώποις ἀλλὰ  
 καθολικώτερας τινὰς αἰτίας,  
 ἀλλ' ἔτι ἀλλὰ μόνον τὴ φύ-  
 σικῇ, καὶ ἰδίαν ἐκάστω ὁπι-  
 τηδότητι. οἷον ἀλλὰ μεγά-  
 λας τροπὰς τοῦ πλείονος  
 συμβαίνεισι λοιμοὶ καὶ κατακλυσμοὶ ἐκ πυ-

ratus, cum irruerint, ita af-  
 fectus est, ut ea placide, &  
 constanter excipiat. Præter-  
 ea nec illud existimandum  
 est, omnia sic hominibus  
 accidere, quasi uniuscujus-  
 que rei, divino quodam de-  
 creto, supernaque causa in-  
 dissolubili, lex præscripta  
 esset, asserendumque in-  
 evitabili quodam fato sin-  
 gula evenire, nec ullam  
 causam aliam esse, quæ pos-  
 sit obfistere. Non ita exi-  
 stimandum est, sed scien-  
 dum cœlestium motuum  
 divino quodam ordine, &  
 lege, pro sua natura nullo  
 à principio, sed ex æterno  
 tempore immutabilem ef-  
 se, inferiora vero genera-  
 tioni, & ordini naturali ob-  
 noxia variari, immutari-  
 que, quem superior causa  
 per accidens subsequitur.  
 Illud præterea animadver-  
 tendum est, multa homini-  
 bus accidere propter uni-  
 versaliores nonnullas cau-  
 sas, & non tantum ex pro-  
 pria particularis naturæ  
 qualitate. Ut cum propter  
 magnas ambientis muta-  
 tiones, pestes, & diluvia, &



conflagrationes, quibus gentes intereunt, accidunt. semper enim superior causa inferiorem, & validior imbecilliolem devincit. Cum itaque in magnis mutationibus validiores causæ imperent, effectus jam memorati generaliores contingunt. Alia vero unicuique eveniunt, quod naturalis singulorum constitutio, ac proprietas ab ambientis contrarietate superetur, five pusillus, five exiguus sit ambientis dissensus. Hæc cum ita se habeant perspicuum est, effectus five communes, five particulares, eorum scilicet, quorum prima causa adeo valida est, ut nulla alia causa sit, quæ ei obsistere possit, nec eam compescere omnino, & necessario futuros, qui vero imbecilliolem habent causam, si illis vis alia, & causa quæ contra nitatur occurrerit, evanescent, quod si nihil obtiterit ipsi etiam primæ causæ inservientes, succedent; succedent autem

ἢ ἀντιβαῖνον αἶπον, ἀποβαίνει ἢ αὐτὰ ἀηδελθὲν τῷ πρῶτῳ αἰτίῳ. ἀποβαίνει ἢ ἔστι τὴν ἰσχυρὰν τῆς αἰτίας,

ρώσεως, ὑφ' ὧν τὰ πλήρη ἀφαιρείται. νικᾷ γὰρ αἰεὶ ἡ μείζων αἰτία τὴν μικρότεραν, ἢ ἡ δυνατωτέρα ἢ ἀδυνεστερα. κατὰ κρείντων οὖν ἐν ταύτῃς μεγάλαις τροπαῖς τῶν ἰσχυροτέρων αἰτίων, συμβαίνει ἢ ἀπὲρ εἴρηται πάση καθολικώτερον. τὰ δὲ συμβαίνει ἐκάστω, ἀλλὰ τὸ τὴν φυσικὴν ἰδιοκρεσίαν ἐκάστω ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ἐναντιώσεως κατὰ κρείνους, ἢ αὐτὴν μικρότερον ἢ, ἢ αὐτὴν πύχυσαν ἢ ἐξουσίας ἐναντιώσεως. Τῶν δὲ ἕκαστων ἐχόντων, φανερόν ἐστιν, ὅτι ἢ καθολικῶς συμβαίνοντων, ἢ μερικῶς, ὅσων μὲν συμπλημάτων τὸ πρῶτον αἶπον ἰσχυρόν ἐστι, ἢ ἀκαταμάχητον, ἢ ἔστιν αὐτῷ ἑτέρου αἶπον ἰσχυρὸν ἔχει ἐναντιώσασθαι, ταῦτα πάντως ἐξ ἀνάγκης ἀποβαίνει. ἢ δὲ συμπλήματα ἔχει ἀδυνεστερα αἰτίαν, ταῦτα εἰ μὴ ἄλλο ἀντιβαλὲν αἶπον ἀρετῇ, ἀνατρέπεται. εἰ ἢ μὴ ἀρετῇ ἀντιβαῖνον αἶπον, ἀποβαίνει ἢ αὐτὰ ἀηδελθὲν τῷ πρῶτῳ αἰτίῳ. ἀποβαίνει ἢ ἔστι τὴν ἰσχυρὰν τῆς αἰτίας,



αἰτίας, ἔδ' ἐ κατ' ἀνάγκην,  
 ἀλλ' ὅπ' ἀγνοεῖται ἢ ἀνελιπά-  
 θεια, ὅφ' ἥς ἀνατραπήσεται.  
 τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ πάντων ἀ-  
 πλῶς, ὅσα ἔχ' φυσικὰς αἰ-  
 τίας ἢ ἀρχαίς, συμβαίνει. Ἐ-  
 γὼ ἢ λίθοι, καὶ φυτὰ, ἔ ζωα,  
 ἔ τεύματα, καὶ πάθη, ἢ  
 νοσήματα, τὰ μὲν ἐξ ἀνάγκης  
 ποιεῖ π, τὰ δ' ἄλλ' ὅτ' αὐ-  
 μὲν ὄρεθ' π ἐναντιόμηνον  
 τῇ ποιητικῇ τέττων διωάμει.  
 Δεῖ δ' ἐν νομίζων ἢ εὖ χρω-  
 μύας τῇ προγνώσει ποιαύτω  
 φυσικῶ τέττω τὰ συμβησό-  
 μμενα προλέγειν, καὶ ποιαύτῃ  
 προγνώσει, ἀλλ' ἔχ' κατ' ἄλ-  
 λην πινὰ δόξαν καὶ γινώ. οἷον  
 ὅπ' τὸδε μὲν ὑποβήσεται, διό-  
 τι πολλὰ ἔ μεγάλα τὰ ποιητι-  
 καὶ ἐστὶν αἰτία, ἢ ἀδιώατον  
 ἐναντιωθῆναι αὐτοῖς. τὸ δ' ἐ-  
 τε ὅκ' ὑποβήσεται, διότι ἔχ' ἐ-  
 ναντιόμμεναις μετὰ τέττωις.  
 ὥσπερ ἔ οἱ ἰατροὶ, ὅσοι τὰ  
 πάθη διώανται σημειῶσθαι,  
 προγινώσκουσι τὰ τε πάντως  
 θανατηφόρα, ἔ τὰ θεραπε-  
 πείαν ἐπιδεχόμενα. Ὅταν  
 οὖν ὁ γινεθλιαλογικὸς λέγῃ περὶ τέττων ἀδιώα) μετὰ-

non causæ vi pulsi, ne-  
 que necessitate, sed quod  
 dissensus à quo perverti  
 possunt, ignoratur. Et sic,  
 ut verbo expediam, de o-  
 mnibus quæ naturales cau-  
 sas, & principia habent, phi-  
 losophandum est. Nam la-  
 pides, plantæ, animalia,  
 vulnera, affectus, & ægri-  
 tudines quædam necessa-  
 rio operantur, alia vero  
 non; sed cum non nihil eo-  
 rum vi, qua agunt, contra  
 niti repertum fuerit. Itaque  
 tenendum est prænotionis  
 studiosos non dissimili na-  
 turæ via futura prædicere,  
 talique doctrina, & non  
 alia inani opinione. Hoc  
 scilicet futurum esse, quod  
 multas, ingentesque cau-  
 sas operatrices habeat, qui-  
 bus nullo modo resistere  
 possumus; illud vero non  
 erit, quod mutationes, &  
 contrarias conversiones ad-  
 mittat. Quemadmodum  
 & Medici in observatione  
 morborum exercitati le-  
 tales omnino à curabilibus  
 dijudicant. Cum itaque Ge-  
 nethliacum de his, quæ  
 mutari possunt differen-



tem audimus, nihil aliud illum enunciare existimamus, quam propter ambientis qualitatem propriam commensurata moderatio illi deserviens plus, vel minus immutata in tale temperamentum, talem effectum producat, non alia ratione quam si Medicus diceret, ulcus hoc, vel serpet, vel putrescet, & Metallicus magnes ferrum attrahet; non quod necessario depastio, vel putrefactio erit, vel magnes trahet lapidem, sed si contraria ignorentur putrefactionem quidem ulcus faciet. Magnes vero ferrum attrahet, si rerum series, & ordo naturæ suis finibus, causisque, quæ à principio erant, relinqueretur; si vero illa accesserint, quæ impedire rerum cursus apta nata sunt, neutrum erit, & de Genethliacis eodem modo differendum est. Nam Magnes allio illitus ferrum non trahet, ulcusque si contraria accesserint, neque depascetur, neque putrescet. Itaque & quæ homi-

τὰ ἀντιπαθόντων. καὶ τὰ συμβαίνοντα οὐκ αὐτοῖς ἀνθρώποις,

τρέπεσθαι, μηδὲν ἄλλο νομισ-  
σωμεν αὐτὸν λέγειν, ἢ, ὅτι ἀλλὰ  
πῶς ὁ περὶ ἐκείνου ἰδιοτρο-  
πίαν τραπεῖσα ἢ ὑποκειμέ-  
νη συμμετρία ὑπερλέον ἢ ἑ-  
λαττον εἰς τοιαύτῳ σύγκρα-  
σιν, τοιοῦτον τι ποιήσῃ πάθος.  
ὡς περὶ ἰατρὸς λέγοντι, ὅτι  
τὸ ἑλκεῖ νομίζῃ ἢ σή-  
ψιν ποιεῖ, ἢ ὁ μεταλλικὸς, ὅτι  
τὸ σίδηρον ἢ μαγνήτις ἑλκεῖ.  
ἔχ' ὅτι πάντως νομὴ ἢ σήψις  
ἔσται, ἢ ἐλκύσῃ τὸ σίδηρον ἢ  
μαγνήτις. ἀλλ' ἐὰν μὲν ἀ-  
γνωστῇ τὰ ἀντιπαθόντα, ποιή-  
σῃ μὲν καὶ τὸ ἑλκεῖ τὸ σήψιν,  
ἐλκύσῃ ὅτι τὸ σίδηρον ἢ μα-  
γνήτις, πρὸς πῶς ἐξ ἀρχῆς  
αἰτίαν τῆς ἀπολεθρίας τῆς πε-  
γμάτων γινομμένης. ἐὰν δὲ  
ταῦτα προσέλθῃ αὐτῷ φυσικῶς  
ἀντιπαθεῖ, ἑδέτερον ἀποβή-  
σεται. ἔτι καὶ τὸ γυνεθλιαλο-  
γιὸν νομίζῃ λόγον. καὶ γὰρ  
σφοδρὸς παρὰ τρεῖς ἐν τῇ  
μαγνήτιδι, ἔχ' ἐλκυομένησε-  
ται ὁ σίδηρος ὑπὸ αὐτῆς.  
καὶ τὸ ἑλκεῖ ὅτι ἐποιήσῃ νο-  
μίζῃ ἢ σήψιν, προσελθόντων



ποις, ἔτω συμβαίνει καὶ ἀ-  
 νελυθίαν φυσικῆς τάξεως, ἢ  
 ἀλλὰ τὸ μὴ εὐρίσκεισθαι τὰ  
 ἀνελυθίαν, ἢ ἀλλὰ τὸ ἀγνοεῖ-  
 σθαι. Πάλιν ὅ φησιν καὶ καὶ  
 τάξιν προγνωθῆναι τὰ συμ-  
 βησόμενα, ἐπὶ ἀνελυθίαν  
 τῶν εὐρεθέντων, ἢ παντελῶς  
 εὐ συμβήσεται, ἢ καὶ ἀν συμβ-  
 ῆ, μετρίως περὶ ἔσται. Ὅλως  
 ὅ φησιν ἡμεῖς, πῶς ἐπὶ τῷ  
 καθόλου καὶ ἐπὶ τῷ μερικῷ τῷ  
 τοιαύτης ἀνελυθίας ὑπαρ-  
 χέσης, ἀλλὰ ποῖαν αἰτίαν ἐπὶ  
 μὲν τῷ καθόλου πεισθίσιν, ὅτι  
 διωκτὸν ἐστὶ προγνωστικόν, ἐπὶ  
 χρησίμον ἡγνόνται εἰς τὸ προ-  
 φυλάσσειν. ἐπὶ ὅτι τῷ καὶ μέ-  
 ρει, τῷ αὐτὸ εὐ ὡς ἀδέ-  
 χονται. καὶ γὰρ οὗτοι καιρὸς, καὶ  
 τῷ ἀπλανῶν τὰς ἐπισημα-  
 σίας ὁμολογῶσιν οἱ πολλοὶ  
 προγνωστικόν, καὶ οὗτοι συζη-  
 ματισμὸς τῷ D, ἐπὶ προνοῶν  
 εἰς τὸ φυλάσσειν ἑαυτὸς, καὶ  
 προπαρασκευάζει μὲν τὰς  
 φύσιν ἑαυτῶν ἐπὶ τὸ εὐκρε-  
 λον, πρὸς μὲν τὸ θεῖον ἀλλὰ  
 τῷ ψυχόντων, πρὸς ὅτι τῷ χερμῶνα ἀλλὰ τῷ θερμαινόντων.  
 ὡς φυλάσσονται ὅτι τῷ ἀπλανῶν ἀστέρων τὰς ἐπιση-

